

inuisibilis enim pater. et filius inuisibilis secundum diuinitatem. In  
 quod nemo uidit unquam. Cum ergo filius dei in eo utique. quod deus est filius  
 non uideretur. sed demonstrare se uoluit in corpore. et quod pater corpore non  
 gerebat. ideo probare uoluit pater nobis in filio se esse presentem. dicens.  
 filius meus est. in te conplacui. Si uis discere filium cum patre sem-  
 per esse presentem. lege uocem filii dicentis. Si ascendero in caelum tu  
 ibi es. si descendero ad infernum ad es. Si patris testimonium que-  
 ris. audisti a iohanne. Crede ergo ei. cui se baptizandum credidit  
 christus. cui pater filium caelesti uoce commisit dicens. Hic est filius meus  
 dilectus in quo conplacui. Ubi fuit arriani. quod non placet filius in quo  
 conplacuit pater. Hoc non ego dico. neque hominum quisquam locutus  
 est. neque per hominem deus. neque per angelos. neque per archangelos. sed ab  
 ipso patre uox de caelo missa signauit. Deinde alibi idem pater  
 repetit dicens. Hic est filius meus dilectus in quo conplacui. ipsum audi-  
 te. Dicentem utique. audi. ego et pater unum sumus. qui ergo filium non cre-  
 dit. non credit pater. Testis est ille de filio. Si dubitat de filio. pa-  
 trino non credit testimonio. Deinde cum dicit in quo conplacui. non alie-  
 na in filio. sed sua laudat. Quid est enim dicit. in quo conplacui. nisi quia  
 omnia que habet filius et pater habet. sic et quod pater fuit filium fuit. filius  
 dixit. omnia que sunt patris mea sunt. In differentis enim diuinitatis po-  
 tentia non secerunt inter patrem et filium. sed unam patris filioque parti-  
 cipat potestatem. Credamus patri. cui uoce elementa sonu-  
 erunt. Credamus patri. cui uoci elementa obsequium presterunt.  
 Credidit mundus in elementis. credat in hominibus. Credidit  
 in erantibus. credat in uiuentibus. Credidit in mutis. credat  
 in loquentibus. Credidit in his que non habent sensum. credat in his qui  
 sensum ut dominum cognosceret adsecuti sunt.

EXPLICIT LIBER SECVS QVINTVS.

INCIPIT TERTIUS.

LXXIII